disposuit i mundū veniens eius sub ueniret luctuose perditioni: donec ad illam de qua loquimur virginem vē tuȝ est. Sed hec mox vt i mūduȝ per humani generis lineam venit: tanta omnis boni virtute perfecte resplen duit. vt eam dei sapientia veridice iu dicaret idoneam: vt per ipsam in ho minem veniens: non tantum reatuȝ primorum parentum: sed etiaȝ totius mūdi peccata deleret. Hec ille. Ex quibus verbis possum⁹ arguere bea tam virginem sine peccato fuisse con ceptam: sic inferendo. vt inquit Ugo de sancto victore i libro de sacramē tis quem refert Alexander de ales i 3°. sententiarū di. 9ª. articulo vltimo q. pria. Illa pars nature sub peccato esse non debuit per quam ipsa huma na natura a peccato liberāda fuit. er go ꝛc. ꝙ si forte aliquis dicat: ꝙ Au gustin⁹ tenuit cōtrarium in libro x°. super geñ. ad litteram dicens. Caro Ade ꝛ Abrahe habebat vulnus pre uaricationis in lege mēbrorum: que per omnē propagata carnē transcur rit vsqȝ ad corpus Marie: quia ꝛ ipsū eodem modo cōceptuȝ ꝛ exortuȝ est. Respōdet ꝙ illa dictio vsqȝ: ibi stat exclusiue. sic. n. accipitur quādo alias prauus resultat intellectus. vt iquit Bar. i. l. patronus. §. sempronio. ff. de le. 3°. Hoc autē esset i casu nostro vt patere potest ex precedētib⁹. Nec obstat duȝ dicit: quia ꝛ ipsuȝ eodem modo ꝯceptuȝ ꝛ exortuȝ est. quia per illa verba nō dicit ꝙ ꝯcepta sit i pec cato originali. Nam loquitur copula tiue: dicens cōceptuȝ: ꝛ exortum est. Nullus autē negat eaȝ exortaȝ ꝛ na tam esse sanctā ꝛ sine peccato. Dicen dum est ergo ꝙ loquitur soluȝ de cor pore virginis qđ affirmat ꝯceptuȝ ꝛ exortuȝ cū naturali inclinatione ad malū. que dicitur lex mēbrorum. vt patet ex dictis apostoli ad ro. 7°. c°. ꝛ secundū Augustinū habuisset rebel landi aduersus spiritū pronitatē nisi fuisset per spiritus sancti gratiā sācti ficatum. vel responderi potest: ꝙ quā do dicta doctorū sunt varia: tenenda est illa opinio que pluries repetitur. quia verba geminata magis operan tur. l. balista. ff. ad trebe. Barto. in. l. quēadmoduȝ. ff. de agri. ꝛ cen. ꝛ nota tur in. l. pacta nouissima. C. de pac. Dato igitur sed nō concesso. ꝙ i pre dicta auctoritate: Augustinus intelli geret illā dictionem vsqȝ: inclusiue ta men cū in pluribus alijs locis expres se tenuerit cōtrarium: debemus illō tenere: quia quādo dictū alicuius do ctoris est dubiū in vno loco. ꝛ in alio est claruȝ magis est standū claro. ad qđ facit qđ voluit Bar. i. l. priuilegia C. de sacro san. ec. vbi ait: ꝙ quando aliquid est dubiū de iure ciuili. ꝛ cla rum de iure canonico. stāduȝ est de cisioni iuris canonici. etiā in prato ce saris. qđ est notabile: Cuȝ alias in fo ro ciuili standū sit decisioni iuris ci uilis. ꝛ in foro poli: decisioni iuris ca nonici. vt inquit glosa in. §. hactenus instituta de gradi. vel potest dari re sponsio quam dedi supra sermone 3°. parte. 2ª. i respōsione ad. 2ᵐ. argu mentū. s. specialitatis Sancta quoqȝ mater ecclesia in officio visitationis beate virginis dicit. Tāte laudes vir ginis humana lingua exprimere nō sufficit: nec etiam sancti ꝛ iusti: illam in cuius ille quem celi capere non po terant se contulit aula virginali di gnis laudum preconijs ad plenum

vsquo

verba ge minata ma gis opant

dictū doc. dubiū in vno loco in alio clarū

efferre potuerunt. Et ĩ missa eiusdem matris dei iterum canit Sancta ⁊ ĩ maculata virginitas quib⁹ te laudib⁹ efferam nescio. Et iterum dicit. Felix nãq; es sacra virgo Maria. ⁊ oĩ lau de dignissima. Qđ autem est oĩ lau de dignissimum: nulla ignominia est afficiendũ: nec illi est laus ĩnocentie originalis deneganda. Si ergo iuxta ecclesie testimonium: tanta est ĩtacte virginis puritas: vt verbis exprimi ñ possit. Unde ꝑPetrus comestor inqt ipi beate virgini. Si fieri posset ꝙ are ne puluis: ⁊ vnde. Undarũ gutte. ro se. gẽme. lilia. flame. Ethera. celicole. nix. grando. sexus vterq;. Uentorũ pẽne volucrum. pecudum genus oẽ. Siluarũ rami. frõdes. auium quoq; pẽne. Ros. gramen. stelle. pisces. an gues ⁊ ariste. Et lapides. montes. cõ ualles. terra. dracones. Lĩgue cũcta forẽt: minie depromere possent Que sis vł quãta virgo regia maria: Que tua sit pietas: nec lr̃a: nec dabit etas: ꝑProfecto ñ parum errare cõuincit: qui illam origiali macula deturpatã fuisse arbitrat. Ut enĩ probat Fran. de mayro. i. 3°. di. 3ª. Si mater dñi cõ traxisset peccatum origiale per quan tumcunq; tp̃s: vel per vnicũ istans peius ei fuisset ꝙ si fuisset eternaliter damnata quãtum ad penam dãni ⁊ sensus. Cui⁹ plura argumẽta pertrã seo cã breuitatis. Ibidem quoq; mul tipliciter ꝓbat ipsã btã virginẽ sine origiali pcõ fuisse ꝯceptã. Inter alia ãt sic dic. ꝑPriuilegia noui testi exce dunt vetusta ꝫ doctrinã ꝑPauli ad ro. 5. c. ibi ãt fuit vna mulier sine pec cato ĩ statu ĩnocentie. Item sicut xp̃s cõparatur ad Adam ꝫm humãitatẽ prie ad cor. 15°. sic mater dñi ad euã. ĩ ratione excedentis simpliciter quã tum ad oẽm ĩnocentiã. ergo ⁊c. Itẽ ñ decuit aliquem filium matrem suã odio hẽre: cum diuinum preceptum sit ad oppositum. Si autem virgo cõ traxisset peccatum originale tunc ita eius filius eã odio habuisset: vt sniã dãnationis contra eam tulisset. ergo ⁊c. Item decet nos attribuere matri xp̃i preconia laudis: que ñ sunt cõtra fidem. vt patet ĩ eius sanctificatione: cõfirmatione ⁊ resurrectione: que nõ sunt nisi pie credita. Ergo ⁊ eodẽ mõ tenendum est de eius preseruatiõe lꝫ ñ habeatur expresse ĩ sacra scriptura. In eadem ẽt distinctiõe inquit predi ctus doctor. Ista preseruatione mr̃ dñi fuit magis redempta ꝙ aliquis alius. quia efficaci⁹ redimitur: ⁊ a ser uitute liberat ille qui preuenit ne vn ꝙ seruiat: ꝙ qui post seruitutem eripi tur: vt patet ĩ domino vnum seruũ manumittente: ⁊ alteri ante ꝙ nasca tur libertatem cõcedente. Item ĩten sius emitur illud qđ ante suum ortũ acquirit: ne ĩ alienum dñium cadat. ꝙ qđ post talem casum recuperatur. Maior quoq; liberatio dicit fieri illi qui minus seruit. ⁊ maxima illi qui nũ ꝙ seruit. Ergo ⁊c. Item melior est positio gratie: ꝙ ablatio cl̃pe. Ex qui bus oibus cõcludit predictus doctor ꝙ festum cõceptionis est reuerendũ ⁊ celebrandum. Magister quoq; pau lus de luca ĩ quodam excellentissimo sermone probat ĩmaculatã virginis cõceptionẽ decem mediis: ⁊ iter alia dicit. beata virgo ñ fuit resoluta ĩ pul uerem. ergo nec corrupta per origina lem culpã. nam cõstat ꝙ tabernacu lo xp̃i plus derogat peccati corruptõ ꝙ in puluerẽ resolutio. Hec ille. Cu

tus argumentū melius explicabitser mōe sequēti pte pria fundamēto. 4°. Nicolaus quoq; de lira sup primam eplam ad thesa. c°. 4°. ait. Oēs descē dentes ab Adā preter xpm ꝛ matrē eius īcurrerūt originale peccatū. De ipsa etiam virgīe inqt Allan⁹ ī anti claudiāo dicēs. Hec ē stella maris. vite via. porta salutis. Regula iusti tie. limes pietatis. origo ṽtutis. venie mater. thalamusq; pudoris. Hortus ꝯclusus. fōs cōsignat⁹. Oliua fructi ficans. cedr⁹ redolēs. paradisus ame n⁹: virgula pigmenti. vinaria cela li quore ꝑdita diuio. nectar celeste ꝑ pinans. nescia spieti florens rosa. ne scia culpe. Sol radiās: exps limi: lux nubila pellens. Spes miseris: medici na reis: tutella beatis. Proscriptus redit⁹. errāti semita. cecis lumen. de iectis reges. pausatio fessis. Beatus etiā Basilius ī sermone ānunciatio nis ait. Quid dulcius fratres carissi mi? Quid iocundi⁹? Quid salubri⁹? Quid felici⁹? q̄ꝫ de beata virgine lo qui. de virgine cogitare. de virgine ꝑ dicare: ꝛ ipsam ī omnibus sequi ꝛ imi tari? Hec est redēptio nostra. sal⁹. vi ta. spes. consilium. refugium: ꝛ auxili um nostrum. Hec est que fuit in vte ro matris absq; originali peccato cō cepta ꝛ generata. ab omni maritali vitio segregata. omni etiam veniali peccato priuata: ꝛ in cūctis actibus ꝛ moribus suis spirit⁹ sancti gratia ple na ꝛ fecunda. Non ergo diffīdas o peccator: sed in cunctis Mariā seque re. ꝛ ipsam inuoca. Aspice celū. ꝛ si cut stellas numerare nō poteris. sic nec Marie virtutes. Aspice tamen celum ꝛ videbis Mariam seraphicā super quam dominus uoluit sedere. Aspice celum ꝛ videbis Mariā che rubicam quā dominus voluit virtuti b⁹ ꝛ meritis super omnes creaturas fulgere. Aspice celum ꝛ videbis Ma riam angelicam: quā domīus voluit cūctis subuenire. Hec ille. Qui etiā inquit. O Maria: tu candoris ꝛ deco ris forma: cui in terris nō est equalis nec in celi ianua. ꝛ Bernard⁹ super missus est dicit. Dō per se sola trini tas in sola ꝛ cum sola virgine voluit operari. soli datum est nosce: cui soli datum est experiri. Hec ille. Si ergo huius felicissime virginis gratie: pre multitudine: ꝛ magnitudīe ab huma na intelligentia cognosci non possūt. quis illi originalis iustitie gratiā pu tabit defuisse? Sanct⁹ quoq; Hilari us in quodā sermone ait. O virgo be nedicta super omnes femīas: que an gelos vicis puritate: que omnes san ctos supas pietate. Et beat⁹ Cipria nus ī vno sermone dicit. O virgo iu sta: ꝛ omni iustitia plenissima: cui⁹ cō ceptio singularis. Origenes etiam ī quadā omelia de ipa btissima virgīe loqns ait. Que neq; serpentis psua sione decepta: nec eius venenosis af flatibus est infecta. Et beat⁹ Ansel m⁹ in sermone ꝯceptionis beate vir ginis dicit. Hodie ꝯcepta est stella ce li. Hodie ꝯcepta ē palma virtutum. Hodie ꝯcepta ē ianua celorū. Que oīa falsa essent: si virgo gloriosa a vi cio fuisset supata: ꝛ ꝑpter peccatū ei fuisset celi ianua clausa.

Pars 3ª. hui⁹ sermonis que di citur exemplaritatis.



Altis exemplis ꝛ simili tudinibus Marie innocē tia declaratur: de quib⁹ tractat beatus frater Mi-

chael de carchano in suo quadrage
simali de penitentia.sermone.7°.par
te vltima. De quibus aliqua refere
mus sequendo doctrinam: que poni
tur i l.3ª.§. videam⁹ ergo.ff. de col.
bo.s.dicimus exemplo:vt res manife
stior fiat:que sententia etiam habetur
i.§.alie aũt.istituta de actio. ⁊ notat̃
in.l.vt responsum.C.de transac.dicã
ergo illud qδ habetur in.l.pria i pri.
ff.de prescrip.v.s. ne res exemplo ca
reat:paucis agam. Licet autem vnũ
exemplum sufficiat.l.ita vulneratus
ad fi.ff.ad legem acqui.tamen ad ma
iorem virginalis inocentie declara
tionem: saltem quattuor aut quinq̃
naturalia exempla cum tribus mira
culis subnectam. Sicut.n.solares ra
dij super lutum descendentes:ab illo
deturpari non possunt:sed ipsum po
tius illuminare noscuntur:sic ⁊ ania
beate virginis super lutum humane
nature descendens a fece originalis
culpe sordidata non fuit:sed totam
potius humanam naturam illustra
uit. Ideo in officio conceptionis cani
tur. Sicut solaris radius corruptio
nis nescius:intrasti matris viscera o
gloriosa domina. Sicut etiam auruz
in visceribus terre non corrumpitur
sed magis perficitur.sic benedicta vir
go in matris visceribus corrupta nõ
est vlla macula: sed potius a spiritu
sancto sanctificata. Ramus quoq̃ a
bona arbore proueniens: in malam
arborem insertus non inficitur ab ea
sed potius illi perfectionem tribuit:
sic anima gloriose virginis:a deo pro
ueniens: inserta in corpus etiam δ
semine infecto propagatum: macula
ta non fuit:sed ipsum potius multi
moda perfectione repleuit. Nos quo
q̃ addere possumus exemplum sala
mandre:que in igne permanet ⁊ per
illum transit:⁊ tamen non cõburitur
nec caloris ardorem sentit. sic inte
merata mater dei in lumbis paren
tum igne peccati ardentium: permã
sit:⁊ per illos transijt:⁊ tamen illius
peccati ardorem in se non recepit.
Aliaz quoq̃ similitudinẽ ponit Frã.
de Mayro.in sermone de conceptio
ne virginis dicens. Sicut aer genit⁹
in istanti quo gignit̃ a sole illumina
tur.ita ania virginis illuminata fuit
a sole iusticie in instanti ꝯceptionis.
Eius quoq̃ puritas ⁊ innocentia in
ferculo Salomonis declarat̃.de quo
cañ.3°.dicitur. Ferculum fecit sibi rex
Salomon de lignis libani colũnas
eius fecit argenteas. reclinatorium
aureum:ascensum purpureuz:media
caritate constrauit. Miraculoso etiaz
exemplo Marie conceptio veneratur
Nam cum in ciuitate aquilana Re
uerendus pater frater Bernardin⁹
feltrin⁹ ordinis nostri predicass̃z:atq̃
populum hortat⁹ fuisset: vt i omni tri
bulatione sua beatam virginẽ depca
retur:vt eum liberaret ad reuerentiã
sue imaculate cõceptionis: quedam
mulier finita predicatione:ad domũ
reuersa inuenit puerum suum cum
gladio in manu sua. Cum autem ma
ter exclamaret.timens ne aliquid si
bi mali faceret: ille cepit cum gladio
auffugere. Cum ergo curreret gladi
um ad pectus casu posuit:⁊ super eũ
cecidit.qδ videns mater eius stati ele
uauit mentẽ ad btĩssimã virginẽ Ma
riã rogans eã:vt ad reuerẽtiam sue
purissime conceptionis filium suuz a
tanto periculo defensaret. Mirabile

dictu. Cum gladius oēs pānos dicti pueri pertransisset: atq3 vsq3 ad carnē nudam peruenisset statim se reflexit: ac si esset cera mollis: ⁊ in nullo puerum lesit. In ciuitate quoq3 parisiensi: vt refert Franciscus de Mayro. in sermone de cōceptione: virginis. quidam magister in theologia. cu3 deberet i conceptionis die sermocinari. ⁊ vellet i mane predicare: q̄ concepta fuit i peccato originali. i nocte sibi studenti apparuit turba sanctorum doctorū pariter ⁊ angelorum. ⁊ sedes parata est super quam sedit nobilis regina: que misit pro illo magistro dicens O magister quid ego vnq̄ tibi feci: quia hoc mane vis contra meum honorem predicare? ⁊ iussit eu3 flagellari. Quo facto genuflex⁹ veniā postulabat. Tunc beata virgo dixit angelo gabrieli. Uade ⁊ doce hunc: sermonem quē mane faciat vniuersitati parisiensi. Cui gabriel ait: Aperi os tuum. ⁊ iplebo illud. Statim igitur magister sensit i corde suo sermone3 pulcherrimu3 i quo demonstrabatur q̄ regina celi cōcepta fuit sine peccato originali. ⁊ illum predicauit populo parisiensi mane sequenti. Aliud quoq3 mirabile accidit patri cuiusda3 fratris nostri. s. fratris clementis de claris: qui eundo ad festum cōceptionis celebrandum: equo i precipitium molendini cadente. ipe mirabiliter icolumis euasit cum filio ad clunem: cum tñ pre magnitudine casus: sella p medium scissa esset in duas partes. Et ideo omnes laudemus ipsam benedictam virginem cum deuota muliere dicētes dño nostro yesu christo illud Luce. xi°. Beatus venter qui te portauit. vere beatus venter qui nesciuit maculam. vterus puritatis vterus innocentie. Hortus oī suauitate repletissimus. Dom⁹ dei sancta. Templū manu dei factu3. Archa salutis. Archa federis iter deu3 ⁊ homines: vbi reconditum est māna suauissimu3. tabernaculum ornatissimum: i quo oēs mundi thesauri. Ciuitas dei celestis edificata ex margaritis. Uestis cādida. tunica iconsutilis de super cōtexta per totu3. pellis Salomonis admirabilis. Caro xp̄i immaculata: mons dei. locus i quo absconditus ē deus. habitaculum spūs scī. Hospitium diuinitatis: viscera deifera. scala paradisi. sol qui nescit occasum. luna perfecta. stella matutina. tronus excelsus super quem sedet vir: qui est deus ⁊ homo. turris fortitudinis: ex qua mille clipei pendent. murus iexpugnabilis: cum ꝑpugnaculis. columba candidissima: sine felle. virga Aaron pullulans: a veneno serpētis pharaonis illesa. Ignis dei iextinguibilis. Oleū sanctum omni liquori supereminens Flos campi ⁊ lilium conuallium. Rosa redolens. mulier amicta sole: lunā sub pedibus habens. radix deum germinans. Cedrus alta libani. palma super omnes arbores exaltata: oliua in campis speciosa. cupressus odorifera. Platan⁹ iuxta aquas exaltat⁹: cinamomu3 ⁊ balsamum aromitizās Per illam ergo puritatem: qua tu virgo innocentissima emicuisti impetra nobis gratiā perueniendi ad gaudia paradisi. Amen.

De eade3 excellentissima virgis cōceptione. Sermo septimus.



Dixit de⁹ fiat lux ⁊ facta ē lux. gñ. prio. Illumĩat⁹ doctor Frãcisc⁹ de Mairõis in ꝯmõe de ꝯceptõe virginis Marie exponit ṽba thematis nr̄i de ipa matre dĩ: dicens ipsam ꝑ lucem primariam fuisse figuratã: quia ĩ ꝯceptiõe sua tota lucida fuit. ⁊ sine vlla peccati obscuritate. Et ideo in eodẽ primo geñ. c°. cũ dicitur. vidit de⁹ lucẽ ꝙ esset bõa. ⁊ diuisit lucẽ a tenebris. Expõit Frañ. vbi supra. ḋ virgine Maria dicẽs. ꝙ de⁹ tenebras peccati cũ ea esse nõ ꝑmisit. Et ideo ad hoc applicari põt illḋ Iohãnis prio lux ĩ tenebris lucet. ⁊ tenebre eã non cõprehenderũt. Lucida. n. ṽgo ꝑ innocentiã. nõ fuit a peccati tenebris ꝯprehẽsa. Vel expõat̃ ꝙ homines ꝓꝑ suam ꝑtinaciam tenebrosi nolũt ei⁹ claritatẽ ꝯprehẽdere. q̃uis tot ꝓdigijs toti mũdo sit demõstrata Hec ergo gl̃iosissima ṽgo ē illa lux ꝑ clarissima: de qua dicit̃ hester 8°. Noua lux oriri visa ē de qua etiã dici potest illud sapientie. 7°. Super omnem stellarũ dispositionem luci cõparata ĩuenit̃ prior. Ipsi quoq̃ virgini cõuenire possunt illa ṽba Isaie. 58°. vbi dicitur. Orietur ĩ tenebris lux tua. Mater etenĩ redẽptoris nostri tota splẽdida ⁊ clara: tãꝙ lux orta est de parentibus per peccatũ tenebrosis. Ideo magister Bartholomeus pisanus ĩ libro beate virginis: volens incipere tractatũ de eius ꝯceptione: titulum septimi fructus ponit dicens. Maria vt lux edita. de cui⁹ ĩmaculata ꝯceptione tres consideratiões faciemus.

¶ Prima dicetur fundationis.
Secunda operationis.
Tertia ⁊ vl̄a appellabit̃ fructificatõis

¶ Par prima hui⁹ sermonis que dicitur fundationis.

VLtra argumẽta ĩ ꝑceden tibus sermonib⁹ posita. multis alijs fortissimis argumentis corroborat̃ veritas ṽginalis ĩnocentie ⁊ puritatis. ¶ Primũ quorũ dicit̃ gratificatiõis. ⁊ accipit̃ a Frãcischo ḋ Mayrõe. ĩ ꝯmone de ꝯceptiõe ṽginis: vbi ait. Sicut ab eterno fuit ṽgo ꝑordĩata ad plenã grãm: sic fuit ꝑdestinata ad ꝑfectam naturã. hec ille. Cũ ergo ĩ ipa btã virgine fuerit plenitudo gratiarũ: ita ꝙ oẽs creaturas meritis ⁊ ṽtutibus ⁊ gratijs sup̃auit. iuxta illḋ hieronymi in ꝯmõe ad Eustochiũ dicentis. Sic itaq̃ vbiq̃ ꝯfidẽter scã cãit ecclia. qḋ de nullo alio scõꝝ fas est credere. vt vltra angeloꝝ ⁊ archangelorũ merita transcẽderit ⁊c. Unde ipsi gl̃iose ṽgini dici põt illud ꝓuer. vl°. Multe filie cõgregauerũt sibi diuitias. tu vero sup̃gressa es vniuersas. Sequitur ꝙ ipsa dei mater ẽt habuit ꝑfectionẽ nature. Et in hoc superauit oẽs creaturas. Hanc autẽ ꝑfectionẽ non habuisset: si originalis peccati plaga vulnerata fuisset. ergo ⁊c. Scõm fundamentũ dr̃ desponsatiõis. Decens etenĩ fuit ⁊ ꝯsonum rationi: vt spõsa castissima dei nũꝙ careret gratia sui sponsi: sed semꝑ iungeret̃ illi glutino caritatis: ita vt nec qdẽ per momẽtũ inter ipsã ⁊ sponsũ inimicicia ꝯtraheretur: nec diuortiũ fieret: qḋ licite fieri non potest sine causa. 32a. q. pria c°. de benedicto ⁊. q. 6a. capi. nihil ⁊ de

frigi. ꝛ male. c°. fi. Si aũt i peccato ori ginali fuisset benedicta virgo ꝯcepta pro illo tunc ñ fuisset eius amica: sed inimica. ꝛ a spõso suo diuertisset ꝛ se parata fuisset: lꝫ iter ipsaꝫ ꝛ deũ sem per fuit amicicia ꝛ dilectio. vñ ipsa i quit cañ. 6°. Ego dilecto meo. ꝛ dile ctus meus mihi. s. cõiunctus ẽ. ꝛ sem per fuit vnitus. ergo sine pcõ concep ta fuit. Ab eterno enim sp dilexit eã vt matreꝫ suaꝫ futurã ꝛ in tpe vt ma treꝫ factã ꝺm Scotum ꝛ vgonẽ ꝺ ca stro nouo. i. 3°. di. 3ª. Tertiũ funda mentum di pseruatiõis: seu defensio nis: sic arguendo. Si deus pseruauit ꝛ defendit virginem gloriosam a ve niali pcõ: qꝺ non priuat grã dei. ꝛ pt stare cuꝫ caritate: vt dicunt theologi i. 4°. di. 21ª. ꝛ ibi Scotus. q. pª. ꝛ sanc tꝰ Thomas. pª. scđe q. 89ª. ar°. p°. Et hoc vt esset idonea mr̃ sua. ꝛ ob amo rem quem ei ab eterno portauit. Er go iconueniens vr̃ credere ꝙ permi serit illã labi i originali peccato: pri uante grã diuina. Non enim eẽt ve rus amor: si aliquis ꝺfenderet amicũ suũ: ne vel modicuꝫ leniter ꝺberaret quem tñ p gulaꝫ suspendi vel capite pmitteret detrũcari. Talis nãqꝫ dice retur frustra defendere amicum suũ: Nã frustra fit qꝺ factum ñ releuat. l. hec stipulatõ. §. diuꝰ. ff. vt lega. nomi. cauea. cũ ergo vt iquit Scotꝰ. vbi su pra pcõ veniali ñ correspondeat pẽa eterna: sicut origiali. cũqꝫ inter pecca tũ mortale ꝛ veniale ñ sit pportio. qa ifinita venialia si darent vni mortali ñ equarent in grauitate offense vl̃ pe ne: vt inquit Ricar. in. 4°. di. 16ª. ar°. 2°. q. 2ª. quia veniali non dat pena i finita sicut mortali. Sequitur ꝙ ridi culum eẽt credere. ꝙ deus dilectam

spõsam suã: quam a veniali preserua re voluit: cadẽ pmiserit i peccato ori ginali: qꝺ auertit a summo bono. ꝛ a diuino amore. ꝛ cui pena debet eter na ꝛ infinita. Nam valde maius ma lum est eẽ in peccato originali p vni cuꝫ istans ꝙ in ꝙtiscunqꝫ venialibꝰ per ꝙtumcunqꝫ tpis spacium. vt pro bat Fran. de mayro. i. 3°. di. 3ª. Si igit peccatuꝫ veniale mĩoris grauedinis noluit deus esse i aĩa beate virginis pp eius dignitateꝫ: qr eius repugnas set puritati. vñ iquit Tho. i. 3ª. parte summe. q. 27ª. ar°. 6°. ꝙ ipsa nũꝙ pec cauit venialiter. ergo multo minus voluit deus i ea esse originale qꝺ ma gis eius puritati repugnat. Et ideo eam liberauit ꝛ custodiuit ab eo sicut predixerat dauid ps°. 120°. dicẽs bea te virgini. Dñs custodit te ab oĩ ma lo: custodiat aĩam tuaꝫ dñs. Dñs cu stodiat itroitum tuũ. ꝛ exitũ tuum ex hoc nunc ꝛ vsqꝫ i seculũ. Et hoc fun damentum ponit magr̃ petrus de cã dia i. 3°. sniarum di. 3ª. vbi etiam dat exempluꝫ. dicens. ꝙ si cum aliqua al bedine ñ pot est stare gradus nigredi nis: vt duo propter eius repugnanti am: multominus poterit stare gradꝰ vt quattuor. ergo ꝛc. Quartum fundamentum dr̃ optationis. Nã op tabilius est aĩam ñ polui ꝙ corpus i cinerari: qr aĩa preciosior est corpore c. si hẽs. 24ª. q. 3ª. sed beata virgo ob tinuit de corpore ne icineraret. vnde de illo dr̃ ps°. 15°. Non dabis sanctũ tuũ videre corruptionem. Et Aug. i sermone de assumptione virginis. di cit. Corpus sanctissimuꝫ de quo chri stus carnem assumpsit. vermibus tra ditum fuisse. sentire non valeo: dice re erubesco. Ergo ꝛ credendum ẽ. ꝙ

multo magis obtinuit aīe impolutio nem ꝛ icontaminationem. Ideo ma gister Bartholomeus pisanus i li°. beate virginis.fructu.7°.arguit sic ꝓ conceptione virginis. Incineratio ē sequella peccati necessaria . geñ .3°. cinis es ꝛ i cinerez reuerteris:sed vir go ñ est icinerata.ergo ꝛc. Et hoc ar gumentuꝫ ponit petrus aureoli i tra ctatu de cōceptione beate virginis.ꝛ subdit.dicens.ꝙ beata virgo potius elegisset corrosionez vermiū .ꝛ perpe tuam icinerationez in carne.ꝙ̄ hēre odium ꝛ iram atqꝫ offensam dei per peccatū originale. Quintum fun damentum dr̄ punitōis.ꝛ ē quorun dam theologoꝝ modernorū i.3°.sn̄ia rum di.3°.Qḋ fundamītuꝫ ponit Re uerendus pr̄ fr̄ Michael ḋ carcano i suo q̄dragesimali.ḋ pn̄ia.s̄mone.7°. Et possumus arguere sic s̄m predic tos doctores.Si btā virgo Maria fu it cōcepta i peccato originali.fuit ma gis punita ꝓ illo tp̄e:siue i illo instan ti ꝙ̄ oēs creature q̄ fuerunt i mūdo: qḋ ē crudele ꝛ ipijssimum dicere.ga alij peccauerūt actualr̄ ꝛ cōseq̄nter graui⁹ puniri debebant.ꝛ ꝓbatur p̄ dicta ꝯclusio.arguendo sic.Illud qḋ plus pdit ꝓ aliquo tp̄e plus punit̄ sꝫ v̄go Maria si cōtraxit peccatuꝫ origi nale plus sola perdidit ꝓ illo tp̄e ꝙ̄ oēs alij dānati.qm̄ si oēs hoīes hui⁹ mūdi fuissent p̄destinati ñ attigissent ad v̄ginis meritum ꝛ p̄miuꝫ ergo cuꝫ peccato mortali priuet̄ aīa oībus spi ritualib⁹bonis.ꝛ cōstituatur sub ptā te diaboli.Sequit̄ ꝙ beata virgo in peccato originali siue mortali existēs plus alijs perdidit quia gr̄am ad quā ipsa sola erat disposita habere nō po tuit.licet.n.amissio futuri lucri nō di

catur proprie damnum .l.nemo.ff.ꝓ socio.ꝛ.l.p°.§.sicut.ff.de aqua plu.ar. Nam aliud est lucrum non capere. aliud vero damnum sentire.l.seruus C.de pac.ꝛ.l.fi.C.de codi.tamen vbi spes est radicata de presenti ad lucrū consequendum ratione talis spei di citur damnuꝫ .amissio ipsius lucri vt inquit Barto.in.l.post emancipatio nem.§.illud.ff.de libera .lega.ꝛ tale fuisset damnuꝫ ipsius beate virginis que ad ipsas gratias erat disposita de presenti in instanti sue conceptio nis.immo ad illas ab eterno ordina ta.prouerbi . 8°.Item cum culpa ori ginalis peccati:pena damni punia tur idest priuatione gratie ꝛ visionis diuine potius elegisset mater domi ni:omnimodam penam inferni ꝙ̄ di uina gratia ꝛ visione priuari per ori ginale peccatum.qa vt dicunt theolo gi i.4°. di.50°.ꝛ Ricardus noster ibi articulo.5°.questiōe vltia . Maior pe na quam habeant damnati est priua ri visione diuina.Unde Crisostom⁹ super Matheum dicit ꝙ si essent de cem mille gehenne. non possent cuꝫ pena ꝛ dolore priuationis visionis diuine comparari.Et subdit.ꝙ ipse potius eligeret esse in inferno cum vi sione dei:ꝙ̄ extra sine ea.Beata aūt virgo tanto acerbius fuisset punita quanto ad ampliorez gloriā ꝛ clario rez dei visionem erat preparata.Et ideo ꝓbat venerandus pr̄ frater Lu douicus de turri i suo tractatu de ꝯ ceptione v̄ginis.ꝙ btā virgo poti⁹ele gisset eē i iferno ꝙ̄ i offensa ḋi p pcm̄ originale.Et iterum: potius elegisset totaliter anihilari : ꝙ̄ esse per pecca tū inimica dei .Quilibet enim debet potius velle non esse ꝙ̄ esse cum dei

amissio futuri lucri damnum nō dī p[illegible]

iniuria vt ꝓbat Ric. i 4° sentētiarū di. 50°. ar°. 4°. q. 2ª. Alio quoq; simili fundamēto ꝓbari pōt scđz eosdē doc tores beatā vginē: ab originalis pec cati vitio fuisse pseruatā: qđ di̇ ꝯditio nis. Arguēdo sic. Si btā virgo fuit ꝯ cepta i peccato originali seqtur ꝙ ip sa fuerit plus odita a deo ꝓ illo tēpo re: ꝙ̄ Caym. aut Judas: vel quicūq; alius dānatus: qđ est impiū ⁊ nefari um dicere. Et ꝓbatur p̄dicta ꝯclusio sequēdo doctrinā predictorū doctoꝝ vbi supra. Nam ꝙ̄to pena icludens culpā est maior ⁊ grauior: tāto talis peccator a deo magis odit̄. Sz pena vginis fuisset maior ꝗꝛ plura bōa per didisset. Et nō pp aliud nisi ꝗꝛ deus ipsam i peccato ꝯcipi voluisset. Igit̄ illo tpe eam deus plus ꝙ̄ alios odio habuisset. Nō enī est aliud odiuz dei ꝙ̄ subtractio gr̄e. Sicut dilectio ipsi⁹ dei erga creaturā: nihil aliud ē ꝙ̄ gra tie cōmunicatio: vt dicūt theologi in 3°. di. 32ª. Si igit̄ btā virgo Maria i peccato origiali fuit ꝯcepta: ꝯcluden dū est: ꝙ p̄dicto mō fuit plus ceteris odita: ꝗꝛ in peccato originali existens cōmunicatōem gratiarū ad quas di sposita erat nullaten⁹ habere potuit. vt supra dictū ē. Ergo ⁊c. Sextuz pricipale fundamētū: di̇ mediationis Inter extrema etenī necessario repe rit̄ mediū: vt inqt Aris. 8°. phisi. ⁊ 7°. methaphisice. ⁊ notat̄ i. l. ipium. ff. de iuris. om. iudi. sz in filijs hoīum ex na tis ex masculo ⁊ femīa: est repire ali quos ꝯceptos ⁊ natos i originali pec cato: vt sūt cōmuniter oēs. Aliquos vero i origiali ꝯceptos ⁊ nō natos: sz in ventre matrū scificatos. vt fuerūt Johānes baptista ⁊ Hieremyas er go debuit reperiri aliqua persona ex

masculo ⁊ femīa generata ꝙ̄ nec na ta: nec ꝯcepta sit i originali peccato. Hoc aūt alicui melius nō pōt ꝯueni re: ꝙ̄ matri dei. Ergo ⁊c. Ad hoc ēt fundamētuz adduci pōt argumētum simile. qđ pōit magister petrus aureo li i tractatu de ꝯceptiōe btē virginis di. Ad roma. 9°. Apostol⁹ distiguit iter vasa ire ⁊ vasa gr̄e ⁊ misicordie dei tanꝙ̄ i opposita vasa. Est aūt re gula ꝙ si vnū oppositoꝝ est i natura ⁊ reliquū maxie si excellētius sit. Sz iter hoīes inuēti sūt aliq qui fuerunt vasa ire ppetua ⁊ erūt. vt q ꝯcepti in origiali nec baptizati: addiderūt blas femias actuales: ⁊ i illis defuncti: p petuo sunt dānati. Inueniunt̄ ⁊ alij q fuerunt vasa ire: deinde misicordie vt baptizati. Ergo repiri debet extre mum alterū excellenti⁹. qđ vz sit ali qđ vas misicordie dei ppetuū: qđ nū ꝙ̄ fuerit de facto vas ire. presertim cum deus ad misicordiā ꝓnior sit ꝙ̄ ad iram. Unde si inuenit̄ aliqđ vas ire perpetuum: magis decens ē ⁊ ra tionabile: ꝙ inuentum fuerit aliquod misicordie vas eternuz. Nec valet si quis diceret: ꝙ hoc vas fuit xp̄s: naz ipse misicordia nō indiguit. cū miseri am peccati nō habuerit: nec habere debuerit: de iure nec de facto: cui o portuerit miseri. Maria vero ⁊ si de facto nō habuerit: tamen habuisset si non fuisset misicordia p̄uenta. Hec il le. Septimū fundamentū dicitur exaltatiōis: sic arguēdo. Sicut mater dei exaltata est in celis sup omnem creaturā. iuxta illud qđ canit ecclesia in officio assumptionis. Exaltata est sancta dei genitrix super choros an geloꝝ ad celestia regna. Ita exaltari debuit in terris super omnes puras

creaturas per gratiā quia grad⁹ glo rie correspōdet gradui gratie. Juxta illud psalmiste ps°.83°. gratiam ꝛ glo riam dabit domin⁹. ꝛ hoc ē qđ īquit Hieronymus ī ſmōe ad Euſtochiū dicens: quātam gratiā adepta ē pre ceteris ī terris. tam excellentiorē glo riam obtinet ī celis. Sicut ergo ſi qs edificare vellet domū altiſſimam ei ñ faceret principia ſeu fundamenta de bilia; ſed ſtabiliſſima. Nam principiū ē quaſi dimidiū totius. vt ait philoſo phus p̄io ethicorū. ꝛ 5°. thopicorum. Et cuiuſqꝫ rei potiſſima ps eſt princi pium. l. p̄ia. ff. ð ori. iu. vbi glo͡a alle gat illud Oratij ī epiſtolis dimidium facti qui bene cepit hēt. Jta deus vo lēs btā virginē ad tāte ſublimitatis apicem eleuare. nō voluit ei⁹ princi pium ſeu fundamentū. ſ. cōceptionis facere in debilitate peccati. ſed ī robo re gratie ſue. Et ideo magiſter Bar tholome⁹ piſan⁹ in li°. btē v̄ginis fru ctu 7°. arguit ſic dicens. Maria exal tata ē ſup choros angeloꝝ ergo origi nali caruit. aliter ī hoc eis eſſet inferi or. Et iterū idē dicit Maria exaltatꝰ ſup oēs creaturas. ergo puriſſima fu it ſup omnes. aliter nō poſſet gloriari ſuper nō habentes originale. Jdeo ī quodā ſermone Bernard⁹ dicit. Ne quaq̄ ſuper omnes choros angeloꝝ aſcendiſſet: ſi eos in puritate nō tran ſcēdiſſet. Octauū fundamentū dicitꝰ euitatiōis. Nam bonū eſt argumen tum ab abſurdo euitando vt notatur in. l. Nam abſurdum. ff. de operis li ber. ꝛ in. l. qui ſtipendia. C. de procu. ꝛ c°. quieſcamus. 42ª. di. Sed valde abſurdum fuiſſet. ꝙ corruptrix gene ris noſtri Eua ſine corruptiōe fuerit fabricata. ꝛ viuificatrix humane na

Ar: ab absurdo

ture Maria in morte peccati ſit ↄcep ta. Ergo ipſi dare debem⁹ ac tribue re hanc dignitatē. ꝙ ab omni macu la peccati fuit preſeruata. de qua lo quens Bernard⁹ ſuper miſſus ē ait. O admirandam ꝛ omni honore di gnam virginem. O feminā ſingulari ter venerandā. ſuper oēs femias ad mirabilem parentū reparatricē. po ſterorū viuificatricem. Hec ille. Ab ſurdiſſimū quoqꝫ fuiſſet. ꝙ origo xp̄i fuiſſet minoris perfectionis q̄ origo Ade. qđ neceſſe eſſet fateri ſi mater xp̄i in peccato fuiſſet concepta. Ergo vt hāc abſurditatem euitemus debe mus firmiter credere matrem dei ab eo fuiſſe ab omni labe preſeruatam. Hoc autē fundamentū colligitur a Magiſtro Bartholomeo piſano qui in libro beate v̄ginis. fructu 7°. argu it dicens. Non minoris perfectionis fuerunt nouus Adam ꝛ noua Eua q̄ primi. ſed primi fuerunt facti ſine imperfectiōe peccati. Ergo ꝛc. Jdeo cōtra eos qui diſputant aduerſus ↄ ceptionem beate matris dei dicit do minus petrus hiſpanus in tractatu de conceptione eiuſdē virginis. Ho neſtior diſputatio eſſet excellentiā ali quam ſacrate virginis conceptiōi ſu pra primorū parentum creationem concedere q̄ ipſam illis inferiorem appellare preſumere. hec ille. Jncon ueniens quoqꝫ fuiſſet ut illa que totū genus humanū ſanare venit in ſue cōceptionis exordio vulneraretur. ð qua loquens Augu. ī ſermone de na tiuitate eius dicit de Eua. ꝛ de ipſa. percuſſit illa. ſanauit iſta. Item abſur dum fuiſſet. ꝙ illa que totū mundum illuſtratꝰ venerat: ī ſuo primordio ob ſcuraretur. de qua īquit bernardus ī

quodam sermõe. Marie presentia to tus illustratur orbis.ipa. n. ẽ stella il la nobilis ex Jacob orta.cui⁹ radius vniuersum mũduz illuminat cuius splẽdor ĩ supernis fulget ⁊ ĩferos pe netrat. Absurdum etiã fuisset.vt que viuificare mortuos venit ipa morere tur.de qua ĩquit Augustinus vbi su pra Eua occidẽdo obfuit: Maria vi uificando profuit. Moritur autẽ ani ma per peccatuz vt dicit Ezechielis 18°. Item ĩcõueniens fuisset vt illa d̃ qua ait Augustin⁹ vbi supra. O vir go benedicta.per cuius benedictionẽ b̃ñdicitur omnis creatura: ĩ suo exor dio malediceretur. Itẽ q̃ illa de qua ĩquit Augustinus vbi supra. Mater generis nostri penam ĩtulit mundo: gẽitrix domini nostri salutem attulit mũdo: ĩ sua cõceptiõe dannaretur. ⁊ q̃ illa que totũ mũdum nobilitare venerat: ĩ vituperio peccati ꝯciperet ⁊ que odorez suauissimũ deo angelis ⁊ hominibus fragrare venit.iuxta il lud ecclesiastici.24°. In plateis sicut cinamomũ ⁊ balsamum aromatizãs odorem dedi.de qua ĩquit Hierony mus in sermone ad Eustochiuz. Et quia multis virtutũ erat repleta odo ribus manãs fragrabat ex ea suauis simus odor: etiaz spiritibus angelicis: ĩ conceptione sua fetida ⁊ putrida es set. Item q̃ illa que deum ĩcorpora re debebat.pri⁹ fieret de corpore dia boli ⁊ eius membrum. Ut enim ait Gregorius ĩ quadã omelia ⁊ Alexã der de ales in 2ª.parte sũme.in trac tatu de peccato diaboli. Qui habet peccatum mortale.est de corpore dia boli. ⁊ omnes iniqui sunt membra eius. Item absurdissimum fuisset.vt illa que debebat esse sponsa dei. pri us esset adultera diaboli. Secunduz enim Augustinum: in quodam ser mone.omnis anima.aut sponsa chri sti est: aut adultera diaboli. Absonũ quoqz extitisset vt illa cui canit eccle sia. Aue regina celorum. Aue domi na angelorum per originale pecca tum fieret serua ⁊ ancilla demonuz. Ergo ⁊c. Nonum fundamentuz dicitur similationis. q̃d ponit domi nus Johannes de agacijs doctor pergamensis in tractatu suo de con ceptione virginis dicens.q̃ valde cõ gruum fuit q̃ sicut Eua fuit similis Ade ad corruptionem: ita beata vir go Maria similis esset christo ad re parationem. Et sic necesse fuit.vt es set a peccato ĩmunis sicut ⁊ ipse chri stus. Ideo ipsi virgini gloriose dici tur in officio conceptionis Maria mundi gloria.lucis eterne filia.te pre seruauit filius ab omni labe penitus. Originalis macula cuncta respersit secula. Sola post natum vicijs nun q̃ contacta diceris. Decimũ fun damentum dicitur actionis. Naz om ne agens perfectum agit secundum suam congruentiam ⁊ dispositionez in subiectis vt ait Aristo. secũdo de anima ⁊ notatur in. l. qui filios. C. que res pigno.ob.pos. ⁊. §. at si quis instituta de inutili.sti. Patet in sole qui omnia illuminat ⁊ calefacit atqz vigorem omnibus tribuit nisi contra ria apponantur. Cum igitur deus sit agens perfectissimum cui nullus contradicere potest. ⁊ qui potest in in stanti omnia facere. que non impli cant contradictionem. vt declarat Scotus in quarto di.decima.q. secũ da. Et in quolibeto suo.q. vndecima Cumqz ipsa virgo benedicta fuerit

Agẽ agit secũdũ naturam

ante secula disposita ꝛ ordinata; vt
esset nobilioꝛ ꝛ purioꝛ creatura mun
di. vt probatum est supra sermone
secūdo parte vltima. Cumqꝫ ipse de
us in illo primo instanti sue concep
tionis potuerit in eius anima infun
dere grãtiam gratū faciẽtem. ꝛ ab
illo peccato preseruantem. vt probat
Scotus in tertio di. 3ª. Et Magister
Bartholomeus pisanus i libro bea
te virginis fructu. 7º. Cumqꝫ valde
congruum fuerit deo matrem suam
originali iusticia in conceptione sua
decorare: vt patere potest ex precedē
tibus: Sequitur ꝙ illam non tantū
sine originali peccato creauit ꝛ pre
seruauit ab omni macula: sed etiam
mirabiliori modo ꝛ nobiliori condi
dit eam. pluribusqꝫ priuilegijs deco
rauit ꝙ̄ humanus possit percipere in
tellectus. Ideo canitur in missa con
ceptionis ꝛ dicitur deo patri: Qui
dilectam sponsam tuam gloriosam
virginem mariam omnibus virtuti
bus ornatam fabricasti. ꝛ in purissi
ma eius conceptione ab originalis
peccati macula illesam preseruasti:
vt totius esset innocentie speculum: ꝛ
exemplar sanctitatis: dignumqꝫ exi
steret habitaculum vnigeniti filij tui.

Undecimū fundamentū dicitur
liberationis. Pro cuius declaratio
ne sciendum est. ꝙ vt dicunt aliqui
deuoti doctores: licet Adam ꝛ Eua
propter transgressionem diuini pre
cepti totalem meruissent annihilatio
nem ꝛ exterminationem cum omni
posteritate sua tamen preuidens di
uina clementia hanc purissimam vir
ginem esse in lumbis ipsorum radica
liter a quibus nasci debebat ipsa no
bilissima sponsa dei a qua filius eter
ni regis generari debebat: suspendit
indignationem suam. ꝛ primos pa
rentes cum omni natura humana
ab eterno exterminio liberauit. ob
eiusdem quoqꝫ virginis amorem pre
seruauit noe de diluuio: Abraaꝫ de
cede regum. Isaach de Ismael: Ja
cob de Esau: ac populum iudaicum
de manu pharaonis. ꝛ de captiuita
te babilonica liberauit. Dauid quo
qꝫ de Leone. ꝛ ð Golia. ꝛ de Saul.
ꝛ breuiter omnes indulgentie ꝛ libe
rationes facte a deo in veteri testa
mento secundū predictos doctores
ob virginis dilectionem prouenere.
Quo presupposito. sic arguitur. prop
ter qđ vnūqđqꝫ tale. ꝛ illđ magis. vt
ait philosophus. secūdo methafisice. ꝛ
notatur in. l. prima. ff. de contrahen.
em. ꝛ in clementina prima. de reliqui
is. ꝛ vene. san. ī glosa. 3ª ꝛ per Johā
nem de Jmola ibidem. Si ergo deus
ob causaꝫ virginis alios a tantis ma
lis liberauit ꝛ preseruauit. Non du
bium esse debet ꝙ multo magis vir
ginem ipsam ab omni malo peccati
voluit preseruare. Duodecimuꝫ
fundamentuꝫ dicitur debellationis.
Sicut enim qui est causa cause est
causa causati. vt dicitur in libro de
causis ꝛ notatur per Baldum in. l.
heredes. C. ad velle. Ita econtrario
qui destructor est cause. destructoꝛ
est causati. bonū est enim argumen
tum a contrario sensu. l. prima. §.
huius rei. ff. de offi. eius cui man. est
iu. Cum igitur beata virgo debella
uerit diabolum qui fuit auctoꝛ pecca
ti. ergo ꝛ ipsum peccatum credendū
est eam debellasse. ꝛ subiugasse. ꝛ
ad hoc potest allegari illud abacuch
3º. Percussisti caput ð domo impij. de

nudasti fundamentum eius vsq3 ad collum. Tertiumdecimū fundamētum dicitur cōiunctionis. Nā3 vt inquit Boetius.4°.de cōso. Natura respuit vt contraria queq3 iungant: vt lux ꝛ tenebre: sed deus lux est. ꝛ tenebre in eo ñ sunt vlle. Johānis p°. Ergo si beata virgo fuisset quandoq3 p peccatum tenebrosa ꝑ illo tunc extitisset diuina cōiunctione idigna. imo ieptissima: quia: vt dī. scōe ad cor.6°. Non est pticipatio lucis ad tenebras Cum igit̄ semper fuerit diuīe cōiunctioni preparata vt patet ex precedentibus. Ergo ꝛc. Quartūdecimū fundamentū dī deuentionis vt enī iquit philosophus.2°.methafi. In oībus generū specieb⁹ est deuenire ad aliquod vnū quod sit metrum ꝛ mensura omnium que sunt ī eodem genere. patet. nam in elementis: i gnis est pfectior: ī astris sol. ī angelis lucifer. ī iumentis bos: in bestijs leo: ī auibus aquila: ī piscibus sirena. In specie āt hominum xp̄us primatū3 t3. Condecens ergo altissime extitit maiestati: vnam perfectissimam ꝛ sine macula cōdere mulierē3 que mundicia ac virtute incomparabilis: īter alias: velut matutina stella: īnocētia ac puritate radiaret. hec āt excellentia nulli melius cōpeter̄ potuit q̄p matri dñi nostri Ergo verax est opinio d̄ īmaculato cōceptu virginali. Decimūquītū3 fundamentū3 dī reuelationis. Pro cuius declaratiōe est sciendū q̄ multa fuerunt quibusdā doctoribus icognita que postea alijs fuerunt reuelata. vñ Augu. de igne inferni dubitauit quo ad eius qualitatem ꝛ localitatem: ī tantū vt nullū ad eius cognitionem reputet peruenisse nisi diuio spiritu ei reuelatum fuerit: vt ipse ait 20. de ci. dei De quo tñ igne Grego. determinat in.4°. dialogorum. ꝛ quo ad qualitatem ꝛ quo ad localitatem. qd̄ forte sciuit p diuinā reuelatiōnē vera est enī eiusdem Augustini sñia xi°. de ci. dei. c°.3°. di. Dei sapientia p quā facta sunt oīa. que in aīas sanctas se transfert ꝛ amicos dei ꝛ pphetas cōstituit: eis opera sua sine strepitu itus enarrat. hec ille. Nō solum āt deus reuelat iteriori inspiratione. s3 etiam vocali locutiōe. vt inquit Sco. ī prologo primi sñiarum. Cum ergo pluries reuelatum fuerit sanctis viris q̄ beata virgo dei genitrix fuit sine originali peccato cōcepta. de quibus reuelationibus dixi sufficienter ī officio cōceptionis. Multas quarū ponit Beatus Anselmus ī epistola ad episcopos Anglie sequit̄ indubitāter tenendum q̄ ipsa fuit ab originali macula preseruata. Secundū3 enī doctrinā Scoti. vbi supra. sicut ex veris ꝑpositionibus sillogistice ordinatis ñ potest inferri nisi veru3. ita ꝛ multo magis ab īfallibili veritate ñ reuelatur nisi veru3. Si quis autem adeo esset ptinax. q̄ negaret istas reuelationes ab ecclesia approbatas: profecto diceret̄ dānare ecclesiā3: qd̄ maximū esse peccatū probatur per cm. hec ē fides.24°. q. p°. S3 dicēt aliq Quid est quod nobis nō reuelantur talia? Quib⁹ respōderi potest q̄ forte hoc ꝑcedit vna ex duab⁹ causis īter alias. vel quia ipsi nō merētur tales habere reuelationes. aut quia si eis fierent: forsitan postea non propalarent eas. Nam quorundā ē opinio q̄ aliq ex eis habuerint aliqñ aliquam supnam reuelatione3 vel illuminationē

quaꝫ vel ſecularibus manifeſtare no
luerunt: vel ſi eam manifeſtauerunt
ab alijs ſtulti vel mendaces reputati
ſunt ⁊ forte poſtea ab eis ita libenter
viſi: ſicut a coruis pauones videri ſo
lent Omiſſis igit̃ predictis reuelatio
nibus: referam reuelationẽ quã fecit
beata virgo Maria: beate Brigide: ſi
cut in reuelationibus eius habet̃: di
cens. ſicut ſi alicui volenti ieiunare:
qui deſideriũꝫ comedendi haberet ſꝫ
voluntas reſiſteret deſiderio: precipe
retur a ſuperiori: cui obediendum eẽt
ꝙ ꝑ obediẽtiam comederet: illa come
ſtio maiori remuneratione digna eẽt
ꝙ̃ ieiunium. ſic ꝑ talem modum con
iunctio pentum meorũ fuit: qñ ego ꝯ
cepta fui ſine pcõ originali: ꝙ ſicut fi
lius meus ⁊ ego nunꝙ̃ peccauimus
ita nullum cõiugium fuit qḋ honeſti
us eſſet ꝙ̃ illud de quo ego ꝓceſſi. Et
qñ pater meꝰ ⁊ mater cõuenerũt ma
trimonialiter. plꝰ fecit hec obedientia
ꝙ̃ carnalis voluptas: qa alij cõiuges
cõueniunt ex voluptate carnali. mei
vero pentes ꝯuenerũt ex obedientia
⁊ precepto dei. ſed ſcito ꝙ mea cõcep
tio ñ omnibus fuit nota: quia placuit
deo: ꝙ amici mei pie dubitarẽt de cõ
ceptione mea: vt quilibet oſtẽderet ze
lum ſuũ donec veritas clareſceret in
tpe ordinato. hec virgo glorioſa. qḋ q
dem tẽpus ordinatuꝫ eſt nunc. Aliã
quoqꝫ reuelationem fecit deus ꝑ bea
tum Thomã de aquino ñ multis an
nis elapſis. Nam cum dñs fantinus
epiſcopus patauij: deuotus beate vir
ginis legeret. 3ᵃᵐ partem ſumme bea
ti Thome: ⁊ miraretur ꝙ determinaſ
ſet ibi ꝙ beata virgo cõcepta fuit in
originali peccato: apparuit ei beatus
Thomas ⁊ dixit ei. Scias dñe Epi
ſcope ꝙ qñ talem opinioneꝫ ꝓſui ſo
lum habui reſpectum ad diuinuꝫ ſta
tutum quo beata virgo peccatũ origi
nale cõtrahere debuerat. niſi ꝑ filiuꝫ
ſuum fuiſſet ꝓſeruata. Sed dei filius
matrem ſuã ab originali macula pre
ſeruauit: ⁊ his dictis diſparuit. Ipſe
vero eṗs quoad uixit: cũ magna ſolẽ
nitate feſtum cõceptionis celebrauit:
⁊ ĩ epiſcopatu ſuo celebrari ꝓcepit. ⁊
lꝫ in eius vita hec eius viſio ñ fuerit
alijs publicata. tñ poſt mortem ſuaꝫ
frater Nicolaus de padua nunc pro
feſſus ordinis minorum tunc ãt eius
vicarius ⁊ doctor: oĩa hec fideliſſime
expoſuit: aſſerens ſe a ꝓnomĩato dño
epiſcopo hanc viſionẽ ñ ſine magna
lacrimaruꝫ effuſione narrãte ꝓprijs
auribus audiſſe.

¶ Pars ſecunda huius ſermonis
que dicitur operationis. ſ. miraculo
rum.

Ut inquit Scotus ĩ ꝓlogo
primi ſnĩaruꝫ. q. 2ᵃ. mira
cula precipue a deo fac
ta ſunt ad ĩducenduꝫ ho
mines ad credẽdũ ea q̃ credere tenẽ
tur. ⁊ ad quorũ notitiã naturaliter ꝑ
uenire ñ poterant: vt ẽt dicit Augu.
22°. de ci. dei ⁊ ĩ li°. ḋ vtilitate credẽ
di. Ideo Grego. ĩ quadã omelia ſup
lucam de apoſtolis ꝑ miracula credẽ
tibus ait. Quia carnales adhuc diſci
puli nullo modo valebãt capere ver
ba miſterij: venit̃ ad miraculũ. Ante
eoꝝ oculos cecus lumen recipit: vt q
celeſtis miſterij ṽba ñ caperent: eos
ad fidẽ celeſtia facta ſolidarẽt. hec ille
His ꝓſuppoſitis ꝓbatur beatam vir
ginẽ ſine originali pcõ fuiſſe cõceptã
arguẽdo ſic. Cũ ṽa miracula ſolũ fie
ri poſſint a deo vel virtute dei: vt oſtẽ

dit Augustin⁹ ĩ li°. de vtilitate credẽ
di ꝑpe finem:ergo vbicunq₃ fiunt mi
racula ꝑ aliqua re:vel ad ꝓbationẽ
alicui⁹rei certissimũ est ꝙ illud est ve
rum:qa deus ñ potest eẽ testis falsita
tis:vt demonstrat Scot⁹ vbi supra.
sed ad cõfirmationẽ ĩnocentie virgia
lis multa coruscauere miracula. ⁊
quotidie fiũt magna prodigia. Ergo
credẽda est ipsa ĩtemerata dei mater
sine originali pc̃ō concepta. Omissis
ãt ml̃tis miraculis q̃ refert Johãnes
vitalis ĩ suo defensorio. ꝑtermissis ẽt
breuitatis cã illis ꝓdigijs q̃ ad ĩdicã
dam sue matris sanctitatez atq₃ puri
tatem saluator nr̃ ondit.de quib⁹ ĩn
officio cõceptionis pleni⁹ dixi:solum
quedam alia stupenda ꝓdigia de ꝙ̃
pluribꝰ:ad presens referre curabo.
¶Pretermittã ergo miraculũ illi⁹ lec
toris ordinis cuiusdam.q contra con
ceptionem virginis benedicte p̃dican
do ĩ medio sermonis cecidit:⁊ mutus
effect⁹.vsum lingue quoad uixit am
pli⁹ ñ habuit.¶Pertransibo ẽt mira
culũ qđ ĩ Anglia accidit Alexãdro
neꝙ̃ q volens per solemnem disputa
tionem ꝓfanare festũ cõceptiõis bea
te virginis:nocte precedente disputa
tionẽ doloribꝰ magnis correptus:ad
cognoscendã suã temeritatem:sermo
nem cõdidit q ĩcipit.fiat lux:ĩ quo su
um retractauit errorẽ.Item miracu
luz illud qđ ĩ cracouia euenit ĩ.1350.
vbi qdam lector noĩe paul⁹ cum pre
dicare cõtra conceptionẽ matris dei
ĩcepisset: nunduz finito sermone ceci
dit ⁊ expirauit:vt testatur Magister
henricus de bassia:qđ miraculũ ẽt le
gitur in cronica summorũ pontificũ
⁊ ĩperatorũ.Item aliud stupendum
miraculum qđ ĩ alamania accidit in
1440.vbi dũ qdaz fr̃ ordinis cuiusdã
cõtra cõceptionẽ virginis post pran
dium p̃dicasset.iprecans deũ ꝙ si ve
rum ñ dixerat:affirmãdo dei genitri
cem ĩ peccato originali cõceptam:fa
ceret illum eadẽ die mala morte peri
re:finito sermone ad dicendas vespe
ras cum alijs fratribꝰchorũ intrauit
statimq₃ lupus quidã maxim⁹ affuit:
q intrans ecclesiã:totũ choruz tribus
vicib⁹ circũgirauit oẽs illos fr̃es hor
ribilib⁹ ac terribilib⁹ oculis aspiciẽs
sed postmodũ facto magno ĩpetu illũ
p̃dicatorẽ ĩuasit.⁊ in p̃sentia oĩuz suf
focauit ac ĩterfecit:⁊ ecclesiam exiẽs
nunꝙ̃ ampli⁹ comparuit.¶Pertrãsi
bo ẽt miraculũ illius p̃dicatoris qui ĩ
castro baculi ĩ primo sermõe quez cõ
tra illibate virginis cõceptionẽ facie
bat:Latrare cepit:qua ꝑꝑ imago eius
dez virginis supra fores ecclesie posi
ta:tota ad terram cecidit ⁊ ĩ puluerẽ
redacta ẽ.ob qđ populus predicatorẽ
illũ lapidare ⁊ cõuentuz destruere vo
luit:nisi brachio dñi castri illius fr̃es
se defensassent.Dimittã ĩsuper de il
lo p̃dicatore qui demoniatũ ĩueniẽs
adiurauit vt diceret an beata virgo ĩ
originali pc̃ō fuerit concepta :cui de
mon respondit.ve illis qui temerarie
hoc affirmant.solũ quedã ñ multum
antiqua miracula referã.¶Primum
accidit ĩ ciuitate mãtue ĩ qua cuz qui
daz frater ordinis cuiusdã ordinasset
facere publicã disputationez:siue p̃di
cationem p modũ disputatiõis ĩ qua
volebat ꝓbare ꝙ beata virgo cõcep
ta fuit ĩ origiali pc̃ō:⁊ hoc ĩ presentia
populi:⁊ Marchiõis p̃dicte ciuitatis
ĩuitatiq₃ essent plures doctissimi viri
ille ĩ eminentẽ locũ ascendens cum
multis ex fratribus suis multis circũ

datus libris cum vellet arguere con
tra virginis cõceptionez:ipsa benedi
cta virgo mutauit verba in ore eius.
vñ dixit ad populuz: propono vobis
istam veraz conclusionem ꝙ beatissi
ma virgo maria cõcepta fuit sine ori
ginali pcõ. Cum ãt fratres sui eũ re
darguerent dicẽtes ꝙ male loqueba
tur:ille respondit. nunc emẽdabo qꝺ
dixi. Et cũ vellet dicere cõtra virgis
cõceptionem:ipsa benedicta virgo ite
rum coegit eum:vt annunciaret ĩno
centiaz eius ⁊ diceret ꝙ fratres mio
res sũt deuoti ipsius beate virginis.
⁊ sic pluribus vicibus:cũ ille ĩcitatus
a fratribus suis vellet attemptare lo
qui cõtra virginis cõceptionem:nun
ꝙ̃ potuit aliud dicere nisi ꝙ beatissi
ma virgo sine originali peccato fuit
cõcepta. In alia quoqꝫ ciuitate italie
ñ multis annis elapsis: quidam ma
gnus predicator.s. Magister Johan
nes de viterbio ĩmaculataz virginis
cõceptionez impugnans:ĩfirmatus ẽ
ad mortẽ.cumqꝫ iã nulla sibi eẽt spes
vite.recordatus est miraculi qꝺ acci
dit Alexandro ꝺ ales q secularis exi
stens:cum nollet celebrare festũ con
ceptionis virginis marie.sꝫ ipsaz pcõ
maculataz affirmaret:graui ĩfirmita
te percussus.postea facto voto ad bea
tam virginem de celebrãda eius cõ
ceptiõe liberatus est: Eleuauit p̃dic
tus frater mentẽ ad beatã virginem
fecitqꝫ votum dicens: O beata virgo
maria.si verum est ꝙ sine peccati ma
cula cõcepta fuistis.rogo mihi sanita
tez donare dignemini ĩ signũ vestre
puritatis. Et ego voueo ⁊ promitto
toto tempore vite mee celebrare festũ
conceptionis ⁊ predicarͤ atqꝫ annun
ciare populis innocentiã vestram.⁊
retractare quicquid alias in contrari
um predicaui.hoc igitur facto voto li
ber factus est.fecitqꝫ populuꝫ per cã
pane sonitum conuocari: Admiran
tibus igitur cunctis de tam repenti
na sanatione incurabilis ĩfirmitatis
maxime medicis: Ille enarrato mira
culo pulcherrimum sermonem fecit
de immaculata virginis conceptiõe
affirmans ⁊ approbans multis ratio
nibus:ipsaꝫ ab originali peccato fuis
se preseruatam.qua propter a fratri
bus suis id moleste ferentibus fuit ĩ
carceratus:sed a multis deuotis bea
te virginis liberatus: nunꝙ̃ opinio
nem suam de immaculata virginis
conceptione voluit retractare:licet se
pius a fratribus suis ad hoc peragẽ
dum fuerit diuersimode concitatus
ñ solum precibus sed etiam minis ⁊
persecutionibus: Immo pulcherri
mum opus edidit in quo inter alia
